



DIPLOMA CAROLI NONI DE REGIORVM PRO- FESSORVM INSTITVTIONE.

CAROLVS DEI GRATIA REX FRANCIAE
omnibus hoc Diploma lecturis S.

FRANCISCUS Rex illustrissimus, do-
minus a vusq; noster literas & literatos
adeo coluit, ut omnium linguarum ac
scientiarum professores regio stipendio in
academia Parisiensi instituerit: eaq; in-
stitutio successus tam secundos ac felices habuit, ut ex Eu-
ropa uniuersa doctissimi homines ad regias professiones
optati, summum fructum ediderint, indeq; infinitus nu-
merus eruditorum virorum prodierit ad amplitudinem
a vi nostri per uniuersum terrarum orbem testificandum,
quod ab illustrissimo domino & patre nostro Henrico
conseruatum & continuatum est: nosq; eadem volunta-
te ac mente fueramus, cum in demortui professoris locum
designassemus professorem, qui pro apto idoneoq; nobis in-
sinuatus esset. Verum P. Ramus nobis charissimus de-
canus professorum nostrorum animadvertit a nobis

* 2